



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

6. An parochus non sacerdos potest substituere sacerdotem?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

QVÆSTIO VI.

An Parochus non Sacerdos possit substituere Sacerdotem?

Quæstionis explicatio.

QVia diximus probabilem esse opinionem, Episcopum posse substituere parochum necdum sacerdotem, ut assistat matrimonio, non immerito quæritur, an parochus non sacerdos possit vel etiam teneatur substituere sacerdotem, si eum reperire possit?

Responsio.

Retenta opinione non exigi sacerdotum in parcho manifestum est, sicut ipse potest assistere matrimonio, posse concedere licentiam sacerdoti assistendi. Si sustineatur contraria sententia, parochum debere esse sacerdotem, dubium videtur, an tunc parochus non sacerdos possit substituere sacerdotem propter verba (a) Concilii Tridentini: *Qui aliter quam præsentè parcho vel alio sacerdote de ipsius parochi vel ordinarij licentia: cum enim illa particula (ipsius) sit relatiua idèritatis refert parochum cum eadè ipsa sacerdotii qualitate, cū qua antecessit in*

a sess. 24. c. 1.

fit in priori parte illud alternatiue, *qui aliter quam presente parochio vel alio sacerdote.*

Cæterum multo probabilius est, eam licentiam posse concedere parochum non sacerdotem, etiamsi ipse assistere minime possit. Primo, quia durissimum esset intelligere Concil. Trident. velle parochio, qui omnia iurisdictionis munia nõdum sacerdos exercere potest hoc vnicũ negare. Deinde, quia qualitatẽ sacerdotii iuxta illam sententiam postulat Concilium in assistente matrimonio, vt conuenientius & fide dignius sit testimonium, quod intentum omnino seruetur, qñ alius sacerdos de licentia parochi non sacerdotis assisteret: Vnde non mirum esse debet si postulauit sacerdotium in parochio assistente, non autem assistendi licentiam concedente.

Dices: Plures ^(a) Doctores iuris canonici ^{a Stephanus} docent parochum non sacerdotem ^{Immola cle.} minime posse concedere licentiam religiosi ^{1. de priuil.} ministrandi Eucharistiam, eo quod per semet ^{7. 14. & ibid.} ipsum ministrare non potest, probantq; ex ^{alij.} illo textu: ^(b) *Sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere scenus attentet: ergo similiter si quis parochus non sacerdos nequit assistere matrimonio, nequit etiam dare licentiam alteri vt assistat.* ^{b c. fin. 40. d.}

3. Doctrinam Canonistarum in ea par-

Hh 5 te non

a Enriq. lib. 21. de mati. c. 3. Nauarr. 4. cons. tit. de spons. cōs. 44 te non probari, & ad textum respondetur diuersam ibi esse rationem, loquitur enim de peccato vsuræ, quod sicut nec potest clericus suo, ita nec alieno nomine exercere, rationemq; subdit textus, *inde cēs est enim crimen suum commodis alienis impendere.*

QVÆSTIO VII.

An ordinarius vel parochus possint substituere Diaconum, Subdiaconum, vel alterum clericum?

Quæstionis explicatio.

b sess. 24. c. 3. **A**pparentiam aliquā facit, quia quamuis in Decreto Concilii *(a)* Tridentini solum de sacerdote mentio fiat, ibi, *vel alio sacerdote, de licentia parochi*, tamen sæpe apud Canonistas nomine sacerdotis comprehenduntur, etiam Diaconus & Subdiaconus: Huius occasione quæritur, an necessitate premente, cum alius haberi nequit, poterit substitui Diaconus, Subdiaconus, vel quiuis alius clericus, qui assistat celebrationi matrimonii?

Responsio.

d c. ex literis, de sponsal. **N**on poterit, sed aliquo illorum assistente matrimonium erit nullū, quia verba Concilii secundum *(c)* communem intelli-